

CHRISTI
864.NICOLAI PAP.
7.LUDOVICI II. 9. IMPP.
MICHAEL. III. 23.

verentiam Apostolorum Principis, longam
sufferentiam, juxta quod ipse docuit,
habere decrevimus; qualiter autem vi-
tare possimus sinistrae suspicionis, & fal-
sae opinionis novum maligna nostrorum
emulorum cupiditate inventum, penitus
ignoramus. Praesertim cum suspicio sit
semper incerta, & veridico testimonio
egeat, quo certitudinis nomen obtineat.
Quippe in vestra praesentia, ut praetuli-
mus, nostram mansuetudinem exhibere pa-
rati fuimus, sperantes veriori experien-
tia probandum potius, quam de incertis
aut dubiis judicandum. Sed ut sequen-
tia apicum demonstrant, si nutu vestro
quandoque, ad Limina Apostolica profe-
cti fuerimus, vos velle, sicut ipsi postu-
lavimus, ut inimici nostri nobiscum ve-
niant, ne forte gressus nostri eorum a-
stutis improvide supplantentur. Et quod
sunt invisibiles, & non tam corporibus,
quam animabus insidiari conantur. Quod
enim de invisibilibus & incorporeis ini-
micis vobis interpretari placuit, hoc to-
tum nos de corporalibus emulis, intel-
leximus, qui instinctu diaboli, avidissi-
ma cupiditate illecti, nostram apud
vos non cessant ledere mansuetudinem.
Et quidem de invisibilibus hostibus Dei
omnipotentis triumphus est imprecandus,
& honorum hominum supplices preces ex-
petende. Nam prudentissima sanxit an-
tiquitas, ut accusatus, & accusator e-
lectorum judicum aspectibus praesententur,
quia digna ratione colligitur num-
quam perfecte absentis accusari personam.
Quod vero vestra pia paternitas innuit,
quia procedente tempore operatione dia-
bolica morbum regum non minui, sed cre-
scere comperiens erga curationem illius
deses inveniri noluit, vestra sanctae cir-
cumspeditionis, & caelitus vobis commisse
solicitudinis affectum prudenter eructant.
Sed nos illo auxiliante, qui venit qua-

rere, & salvum facere quod perierat,
pro viribus quidquid in nobis curandum
invenerimus, salubri consilio, & sacer-
dotali antidoto mederi procurabimus.

Denique almifluo Apostolatu vestro du-
dum scripsimus, quod quasi de paradisia-
co sacratissimi vestri pectoris fonte salu-
tis nostrae pocula haurire desideramus.
Sed (ut vere fateamur) non modice pu-
rum in vestra fidelitate nostri cordis in-
tuitum, & humane conditioni aciem ob-
nubilat, quod fulgureo vestri Pontificii
jubare nos non solum illustrari, verum
etiam crebro terreri placuit. Unde atton-
nata nostra mansuetudo, vix tanti fulmi-
nis radios ferre valuit, nostrae tamen sa-
lutis monita avidissime excepit, atque a-
bundantissime amplexata est. Recolat,
oro vestra Deo digna paternitas vaticini-
um Prophetae clamantis (a): Calamum (a) Isai. 40.
quassatum non conteret, & linum sumi-
gans non exstinguet. Igitur scripta bea-
titudinis vestrae multiplicia, & ut cre-
dimus, Spiritu Dei condita relegendis,
de thesauro veri patris familias, nova
& vetera uberrime processisse perferimus;
qua & zelo Dei fervent, & curam a-
nimarum modis omnibus redolent, ubi in-
sertum dignoscitur: Missos autem nostros,
sili quomodo tractavisti, aut quomodo
in adventu ipsorum B. Petri reverentiam,
a cuius Sede profecti fuerant praeculis
habuisti, quandoquidem priores tuae fa-
vere intentioni diversis argumentis feci-
sti, ut injuncta sibi legationis non exe-
cutores, sed impugnatores inventi sint,
& non bene tractati sint, qui in praeva-
ricationis baratrum sunt demersi. Ad
haec nos fatemur, quia Missos vestrae pa-
ternitatis priores, atque posteriorem, si
non per omnia ut debuimus, pro oppor-
tunitate tamen temporis, quantum potui-
mus, benigne tractari decrevimus; quod
in praevicariationis baratrum sint de-
mer-

XXI.
Profite-
tur Ponti-
ficis ma-
jestatis
terrorem
ferre se
non posse.

Querelae
Nic. Pap.
repetun-
tur.

PAGIUS *minibus Imperatoris, cum gradus ante Basilicam
B. Petri caderent ascendere, in terram prostra-
ti, & variis ictibus flagellati, & Crucibus ac
vexillis confractis, qui evadere poterunt, fu-
gati sunt, &c. Quapropter conjugem ad Apo-
stolicum mitti (id est Imperator) cujus fidei jus-
sione Apostolicus ad Imperatorem venit, & ha-
bita mutua sermocinatione, sicut inter eos con-
venit, Apostolicus Romam ad Lateranense Pa-
latium rediit. [1]*

V. *Tunc Imperator Guntharium & Theutgaudum
degradatos, ut secum venerant Franciam redire
praecipit. Tunc Guntharius hac diabolica capti-*

la, & hactenus inaudita, qua cum hac Praefa-
tione, quanto Romam, ut praemisimus, in Ludoi-
ci obscurio rediit, Episcopis regni Lotharii misit,
per Hilduinum fratrem suum Clericum, ad jun-
ctis ei suis hominibus, Apostolicis misit: dans il-
li in mandatis, ut si Apostolicus illa nollet re-
cipere, saper corpus B. Petri ea jactaret. Refert
postea idem Annalista Guntharium libellum in-
solentissimum & calumniosum scatenentem ad Ponti-
ficem perferri curasse per Hilduinum fratrem
suum, ejusque exemplar ad Episcopos Regni Lo-
tharii misisse. Continet libellus ille convitiosus
capitula VII. sed illum Nicolaus Papa, ut par-
erat

Insolens
agendi mo-
dus Gun-
tharii erga
Nicolaum
PP.

NOTÆ [1] **V**Exatio & obsidio ista Romani Pontificis asperissima fuit dura, & diuturna, cum ad
dies duos & quinquaginta prorogata fuerit, ut discrete traditur in libello quodam per
eam occasionem scripto a Romanis, qui sub titulo querimoniarum Romanorum laudatur in apolo-
gia pro Guiberto Ravennate Pseudopontifice contra Hildebrandum, seu Gregorium VII. legen-
da in Codice Uldarici apud Eccardum in Histor. Mediaevi Tom. II. col. 190. MANST.